

VATICINIUM NAHUMI
LATINE ET FENNICE REDDITUM,
NOTISQUE ILLUSTRATUM.

CUJUS PART. I.

VENIA AMPL. FAC. PHILOS. IN IMP. ACAD. AB.

PUBLICÆ CENSURÆ SUBJICIENT

MAG. JOH. ADAMUS EDMAN,

Theol. Lic. Adj. nec non Past. Sem. Theol.

ET

GUSTAVUS MAGNUS NORDSTRÖM,

Stipendiarius Publicus, Wiburgensis.

In Audit. Theol. die XXII Junii MDCCCXVIII.

h. a. m. f.

ABOÆ, Typis Frenckellianis.



Inde ab eo tempore, quo Philologiæ sacræ in deliciis esse coepit studium, apud nos quoque in lucem prodiisse in hac eadem scientia pericula, quæ parum aut nihil fere eruditorum, vel sagacissimorum, conatibus cedant, mirari haud subit. At miramur tantomagis perpauca nostratum huc usque in sublimioris Critices. puriorisque Biblicæ Exegeleos luce versioni quoque librorum sacrorum Fennicæ spargendæ fuisse occupatos.

Ab sit tamen, ut viros ingenii & eruditionis laude maxime inclytos, qui in libris sacris Fennico idiomate vertendis edendisque operam collocarunt eximiam, suis defraudemus meritis. Pace itaque fruaris jucunda, ad cœlestes regiones jamdiu profecte, MICHAËL AGRICOLA a),
A Ver-

a) Ne rivulos consecrari cogatur aliquis, sed ipsum videat fontem, unde illa, quæ primas Bibliorum sacrorum Versiones Fennicas concernant, hausta sunt, jam afferre lubet

Versionis Bibliorum sacrorum Fennicæ Parens. Tu enim,
in

verba Viri quondam Nostratis. totius Svecanæ Ecclesiæ
Supremi Præfeti, Inclytissimi C. F. MENNANDRI, ex
oratione Ejus Synodali Vota mense Septembri 1775
Aboæ habita, quæ adhucdum in Bibliothecæ Academicæ
repositoriis in Manuscripto servatur:

"Quo densiores ævo Pontificio regioni nostræ incum-
bebant tenebræ, eo lætior erat oriens demum repurgatæ
religionis aurora. Et quo serius ad Christianismum con-
versa est Finnia, eo citius & avidius reformata sacra ar-
ripuit. Magnitudo beneficii hujus divini sancta recolenda
est memoria, quod brevissimo tempore sine cæde & san-
guine immo absque turbis ullis alibi diu grassantibus ido-
lomanicæ Pontificæ facta fuerit penes nos expurgatio, atque
doctrina Christiana, ante fœdissime corrupta, pristino nitō-
ri restituta, nosque ab erroribus ad veritatem, a corrupte-
lis morum ad sanctiorem vitæ usum feliciter translati."

"Post Deum & Regem Gustavum Primum hoc in
acceptis referendum est Episcopo MARTINO SKYTTE, qui
ut erat pietate conspicuus & propagator veri cultus Dei,
ita de juventutis institutione in scientiis & sincera reli-
gione maximam gerebat curam. Cum vero domi obtine-
ri non posset talis eruditio, juvenes eximie indolis ad
exteras ablegavit Academias, præcipue Wittebergensem,
quibus e redditibus Episcopatus, qui eum in finem ipsi a
Rege relicti erant, studiorum subsidia contulit. Octo hi
erant nimirum MICHAËL AGRICOLA & PAULUS JUSTEN,
qui post alia officia facti sunt Episcopi Aboenses. ERICUS
HARKEPÆUS, qui Viburgensis, CANVTUS JOHANNIS & GRE-

in misera illa Ecclesiæ conditione, qua doctrina salutaris
A 2 fu-

GORIUS TEIT, primum Rectores Scholæ deinde Pastores Aboënses, MARTINUS TEIT, cui Principum regionum juniorum informatio credebatur, quiq̃ue Holmiæ vitam finit; SIMON denique HENRICI Viburgius & THOMAS FRANCISCI, quibus diuturna non contigit vitæ usura. Hi solida eruditione instructi & laurea Magisterii decorati domum redeunt, felicem operam in vinea Domini ab humanis traditionibus aliisque errorum sordibus repurganda, inque instituenda pube scholastica & cœtu ecclesiæ sedulo navarunt. Primus tamen Evangelicus Finniæ Doctor fuit Mag. PETRUS SERKILAX, qui inde ab anno 1522 reformationi Scholæ & Ecclesiæ incubuit & a quo nonnullos superius adductorum jam ante abitum in Germaniam de ejus necessitate fuisse convictos, est perquam probabile. Horum omnium sedulitate factum est, ut jam tempore Skyttiano in tota Finlandia corrueret Papismus, monasteria suis viduata Fratribus & Sororibus vacua relinquerentur & missæ privatæ fuerint abolitæ, unacum aqua lustrali, cinerum & palmarum consecratione, oleo & chrismate, reliquoque superstitionis apparatu. Cantus denique ecclesiasticus fuit immutatus & primam missam lingua materna in templo Aboënsi celebravit Sacristanus LAURENTIUS CANUTI, cujus exemplum paullo post, intercedente Regio mandato, omnes reliqui ecclesiarum Ministri sequebantur."

"Dum ita, sublatis fabulis & figmentis humanis, Evangelii doctrina mira indies incrementa acquireret, necessarium erat, ut Sacra Biblia auditoribus in manus traderentur, ne fide amplius carbonaria, sed propria convictione

superstitionibus in cultu, erroribus in dogmatibus, cor-
ru-

niteretur eorum religio, jam itaque sollicita extendebatur cura ad transferendos in linguam Fennicam libros Biblicos aliaque ædificationi inservientia scripta vulganda. De re adeo necessaria antea vix fuit cogitatum. Reperimus quidem libros binos Macchabæorum, Judith, Ester & Ruth in cœnobio Nådendalensi, opera Fratris JONÆ BUDHA fuisse 1484 in Svecicum idioma translatos; sub initiis Reformationis 1524 injunctum quoque legimus clero Finnico, ut e Novo Testamento epistolas ad Thessalonicenses & Timotheum habitu Svecano induerent. Sed Finnicæ Versionis alicujus libri Scripturarii toto ævo Pontificio nec vola nec vestigium comparet."

"Integrum Novum Testamentum Finnice edebatur 1548 Holmiæ apud AMUNDUM LAURENTII in 4^{to}. Sequitur translator Lutheri Versionem, ejusque servat librorum Præfationes. Addidit vero Hieronymi vitas Sanctorum Scriptorum. Dictum 1 Joh. V: 7. de tribus in cælo testibus, quod in primis Novi Testamenti editionibus omiserat Lutherus, heic additum reperitur. Nullam prima Finnica editio facit versuum distinctionem; addit vero locis difficilioribus nonnullis vel in fine capitum, vel in margine breves observationes, ubi etiam loca aliqua parallela citantur. Præterea simillimum est hoc Novum Testamentum, typos quod spectat, isti Svecano, quod biennio post vel 1550 ex eadem officina prodiit. Plures tamen figuræ ligno incisæ adsunt in Finnico, & in Svecano desiderantur observationes, quas vel e Lutheri editionibus sumsit vel ipse addidit Finnicus interpres. Loca parallela interdum plura, interdum pauciora adduxit, quam Lutherus, aut Svecus translator."

ruptelis in moribus perquam fœdata erat, puram & in-
con-

"Postquam Versor generali præfamine ostenderat utilitatem & necessitatem translationis Scripturæ Sacræ in linguam vulgarem, brevem consignat historiam de initiis & propagatione Christianismi in Finlandia. Demum indicat se inter plures dialethos in vasta hac regione adoptasse eum dicendi & scribendi morem, qui circa Aboam est usitatus."

"Auctor Versionis hujus Novi Testamenti, qui & aliis laboribus, ut mox videbimus, de ecclesia Finnica, egregie est meritus, fuit Mag. MICHAËL AGRICOLA natus in Nylandiæ Parœcia Pernoënsi & villa Torsby, unde etiam se interdum Agricolam Torsbium appellat. Rediit ille Witteberga cum litteris Lutheri ad Regem Gustavum commendatitiis, quibus eum, licet annis juvenem, eruditione tamen & vita maturum, adeoque aptissimum ecclesiæ servitio testatur. Constitutus mox est Aboënsis Ludimoderator, deinde Episcopi Coadjutor, & demum, ceu jam indicavimus, ejus Successor. Redux e legatione Muscovitica anno istius Seculi 57 obdormivit."

"Supersunt litteræ Agricolæ hujus ad Superintendentem GEORGIUM NORMANNUM, datæ die 11 Dec 1543 quibus efflagitat, ut suo consilio Regem permoveat non modo ad permitendam Novi Testamenti Finnici editionem; sed etiam ad concedendos alicujus mediocris Præbendæ Aboæ vacantis redditus, ad opus hoc tam pium tam necessarium promovendum. Queritur deinde de permolesta sua provincia, qua pueros, indomita ista animalia, ad aliquam bonam eruditionis frugem perducere tenebatur. Bonam etiam juventutis partem, quæ in litteris aliquantum profecit, nunc animum

contaminatum verbum divinum, non solum e limpidis.
fi.

a Musis abalienasse perhibet, propter incertum quendam rumorem, quasi ministrorum ecclesiæ reditus essent nimis circumcidendi, neque honos ullus bonis artibus virisque piis relinquendus. An nova aliq a huic operi edendo subsidia acceperit, ignoro; id invenio, sortem ejus jam antea fuisse satis lautam. Nam præter salarium Rectoris Scholæ possedit reditus non St Laurentii modo, sed etiam St. Bartholomæi, altaris præbendarum, & insuper alia aliqua ad præbendas non spectantia stipendia.”

”1549 ex eadem officina, curante nostro **AGRICOLA**, prodiit Finnice Historia Passionis, resurrectionis & ascensionis in cælum Servatoris Nostri, e quatuor Evangelistis collecta, & 1551 lucem vidit Psalterium Davidis Finnicum. Refert in Chronico suo Episcoporum **JUUSTEN**, eos fuisse primos hujus versionis natales, quod is, qui tum Rectoratu Aboënsi fungebatur, scholasticis pro exercendo stilo interdum exhibuerit Psalmos Davidicos, in Finnicam Linguam transferendos, quam versionem ipse postea adjuvit & correxit, & **AGRICOLA** quoque, antequam ederet, sine dubio emendavit. Sequitur hæc translatio Lutheri & Svecanæ versionem. Præter præfamen de Psalterii indole & usu, adest aliud **AGRICOLÆ** runis Finnicis consignatum, quo hortatur & doctores & auditores ad diligentem Psalmorum lectionem, & deinde miserrimum hujus regionis statum sub paganismo & Papismo exponit. Demum perhibet, hanc versionem fuisse factam in ædibus divi Laurentii, quo nomine itaque Schola vetus, ubi jam est Academiæ Laboratorium Chemicum & Theatrum Anatomicum (juxta Templum Cathedrale versus orientem

simis Novi Testamenti, verum Israël's quoque, qua partem, fontibus haurire omnium primus Fennones docuisti. Tu quidem nostris Auctor atque Ivasor fuisti, ut suis uterentur oculis, suoque iudicio in salutis atque fidei norma examinanda. Hinc omnia quotquot supersint secula, Te, potissimum, qui omnis culturae in Patria cara jeceris fundamenta, pia utique recolent memoria; neque mi-

jam abolitum) illo tempore veniebat. Mentionem simul facit Filii sui *Christiani*, qui postea Episcopatu Estoniae admovebatur, quem vero hinc colligimus Scholam Aboensem frequentasse, cum hujus translationis Psalterii ibi primae ducerentur lineae."

"Eodem anno & loco per indefessam curam AGRICOLÆ, typographiam relinquebant partes aliquæ e Mose & Prophetis collectæ: *Waisut ja ennuistut Moseren* *Saista ja Profetaista uloshaetut* Præfatio versibus Finnicis consignata svadet, quod, quamdiu paupertas obstabat editioni integrorum Bibliorum, medulla Scripturæ contentos esse deceat, indeque, ut apes e floribus mel comportant, nutrimentum animabus colligere.

"Tres postremi minores Prophetæ sequenti anno 1552 ex eadem typographia, cura AGRICOLÆ, habitu Finnico prodierunt, una, cum doctrina Mosaica de gradibus prohibitis, benedictione quoque & maledictione. Antecedit prolixior præfatio metrica, de Spiritualibus & temporalibus beneficiis divinis, addita ad eorum genuinum & gratum usum exhortatione." Cfr Annot. Gel H. G. PORTHAN ad M. P. JUUSTEN *Chronicon Episcoporum Finlandensium* p. 735. 599.

minus laudes tuas decantabunt quotquot vel olim Fen-
nicis faveant litteris. Laudet se Philosophus, suisque pro
vero stabiliendo & divulgando gloriatur conaminibus, at
vel fera confitebitur posteritas, nos, quicquid in litteris
profecerimus, Oraculis debere divinis. Omnes enim de-
cet *Ευχαριζειν τω πατρι τω ινανωσαντι ημας εις την μεριδα του*
κληρο των αγιων εν τω φωτι. — Neque omnino vestra
ISAACE ROTHOMI, ÆSCHILLE PETRÆE, MARTINE STODI, HEN-
RICE HOFFMANN, atque GREGORI MATTHÆI *b)*, nomina,
in

b) Digna sunt, quæ hic legantur, verba Viri jam laudati:
"Sed his rivulis exstingvi non potuit sitis incolarum, inte-
grorum Bibliorum in linguam suam matrem translationem
summpere desiderantium, ad quod opus pium pro-
movendum Clerus Finnicus in Synodo certas mensuras
frumenti annuatim pendendas obtulit. Demum in Comi-
tiis Holmensibus 1636 his desideriis Status Regni annue-
runt & datæ sunt die 10 Aprilis 1638 regis litteræ ad
Episcopum ROTHOMIUM de isto negotio, ut nimirum ver-
sio Finnica Sacræ Scripturæ, per Viros ad id negotium
idoneos, quos denominaverat Consistorium, propediem ad-
ornaretur, & opé typographica in publicum prodiret. Illa
vero translatoribus sanciebatur lex, ut in iis omnibus,
quæ vel privato quorundam labore jam erant versa, vel
eorum opera vertenda, linguas Originales & Lutheri postre-
mam versionem consulèrent, utque simul puritatem Stili
Finnici sectarentur, ita ut simili filo decurreret tota versio
& in omnibus provinciis probe intelligi posset. Director ope-
ris, sub inspectione Episcopi, constituebatur Archipræpo-
situs ÆSCHILLUS PETRÆUS, Versores vero Mag. MARTINUS
STODIUS, Lector Gymnasii Aboënsis, HENRICUS HOFFMAN-
NUS, Præpositus & Pastor in Mascu, atque GREGORIUS